



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Statuta prouincialia et synodalia ecclesie Colonie[n]sis (Köln)

Colonie, 29. IX. 1492

Jte[m] de ca[m]panijs [et] custodib[us] simul.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30901**

Et si aliquando decanus non fuerit presens, propter hoc non admittatur vllatenus, quin fratres domum capituli in trent, ad audiendum ipsius tabule capitularis lecturam, vt sciunt quid vnicuique in choro sit legendum, vt supra diximus et cantandum deputatum. Quia cum in maiori ecclesia talis et bona vtiq; consuetudo in huiusmodi obseruet id ipsum in alijs volumus ecclesijs obseruari. Item precipimus vt diuini officij in choro nunquam absq; ordine ministrorum sacerdotum ministrare debentium videlicet dyaconi et subdiaconi decantentur, et ipsi ministri in ipso sacre missae officio non presumant absq; indumentis suo ordini deputatis aliquatenus ministrare nec ante finem missae recedere. Quod tamen in quandam consuetudinem imo malam ab usionem apud quasdam ecclesias fuisse comperimus introduci, sed deinceps hoc fieri firmissime prohibemus. Et idem etiam ministris iniungimus qd quotiescumq; hebdomada coram fuerit officio de feruendi diuino horas in choro matutinales, et alias seruare studeant diligenter, ne vllum per eos omissionis debiti quo ad sacrum ministerium esse valeat argumentum, sacerdotes autem ipsi quotienscumq; celebraturi sunt missam veste camisialia sub albis non careant, ne albam que consecrata est vestis, iporum tunice valeant immediate contingere nec ipse tunice apparere. Item canonici, ne frequenter extra emunitatem ecclesiarum suarum comedant, aut dormiant extra ipsam, firmissime prohibemus, nec vllis eis suffragetur occasio, si forte proprijs domibus sint carentes. Operetur namq; in suis dormire dormitorijs, et comedere in claustris aut refectorijs suis poterint, qui domibus proprijs vel certis hospitibus sunt carentes, qd hec facere forsuscus apud loca suspecta, vel alias clericalis conuersationis non bene de-

centia honestatem.

De campanarijs et custodibus simul.

Item vt campanarij ecclesiarum quorum seruitus siue onus circa altare versatur, nunquam absq; veste camissali cõpareant, firmissime prohibemus, et qd hoc absq; omni omissione seruetur, ecclesiarum ipsarum thesaurarij, seu custodes et singuli in singulis suis parochijs plebani prouideant diligenter, prefati etiam thesaurarij seu custodes quorum interest ecclesie luminaria ministrare, ea ita fideliter administrent, et generaliter omnis ecclesiastice suppellectilis seu thesauri custodiaz eorum fidei atq; curam commissam ita conseruet fideliter et solerter qd inde non sint reprehensibiles, et qd penaz canonice castigationis euent.

De decanis scholasticis cantonibus et canonicis simul.

Consistente autem penes decanos ecclesiarum potestate, ita quasi lege ac gubernatione canonice discipline ipsi propter hoc firmiter precipiendo iniungimus, tota eos ad id niti solertia, qd in ecclesijs disciplinatis obseruantia vigeat honestatis, et sicuti enervata extiterit, ipsam studeant reformare commissas sibi excessus correctionis potestates, et regimen sui officij taliter exequendo, qd boni dispensatores in domo domini super eius familia digna possint commedatione ceteri, hoc quidem se facere arbitrentur, si ipsi disciplinati appareant in seipis, et per bonum exemplum confortent et animet suos confratres, prefati autem decani quicunque promotionis sue tpe non fuerint in sacris ordinibus constituti, eos in cunctanter recipiant gradatim de ordine ad ordinem ascendendo. Item precipimus qd infra tempus in iure expressum